



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Ecclesiæ B. Mariæ à Vallicella à fundamentis instauratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

*Ecclesia B. Mariae à Vallicella à fundamen-
tis instauratio.*

Verùm cum angustum esset té-
plum, vetustateq; ruinosum, vi-
sum est Patribus, quòd erat in loco
optimo, Vrbisque commodissimo,
& ad Cōgregationis functiones val-
de idoneo, vtcunq; restaurandum;
neque enim nouum, etsi id maxi-
mè cupiebant, priuatæ rei angu-
stiis impediti condere poterant.
Ergo ea in deliberatione cum es-
sent, eorum piis optatis, votisque
respondit diuina benignitas: vix e-
nim operi manus admoueri cœptæ
sunt, cum Philippus solius Dei fidu-
cia armatus (pecunia enim Patri-
bus vel nulla erat, yel certe admo-
dum tenuis) de eo primùm fundi-
tus euertendo, ac deinde amplio-
re, augustioreq; forma à fundamen-
tis extruendo cogitare occœpit: ne-
que hī est et res, quod enim faciun-
dum cogitarat, id confessim de-

diuinā

diuina prouidentia securus ad effe-
ctum perducere statuit: ea enim ille
in omni vita sua nixus nihil arduū,
nihilq; nimis amplum ducens, im-
mensa quadam magnitudine animi
maxima quæque aggredi non ve-
rebatur.

Interea ruinosa Ecclesia, Philip-
po iubente, solo æquata, Matthæus
Castellanus nobilis nostro sæculo
Architectus mense septembri ac-
cessit, qui omnibus diligētissime
circumspectis iam construendi æ-
dificij latitudinem signabat, cùm
Germanicus Fidelis Philippum ea-
de re certiore fecit, qui illico sa-
cerdotii iubet (quippe qui paratus
erat ad sacrificium) ne quicquam
priusquam eò ipse accederet, de-
cerneretur: absoluto sacrificio re-
cta ad locum contendit: ibi Mat-
thæum comperit, qui cum eā par-
tē, in qua iudicio suo effodienda fo-
rent fundamenta, designaret, eius
ille sententiam non approbavit;

quippe

quippe qui vltra prouidendum es-
se ædificium diceret: cumque ven-
tum esset ad locum, quem illi indi-
cauerat Deus; hic fodiatur, ait, hic
iaciantur fundamenta: quod cum
ageretur, ecce tibi solidus paries
peruetustus, qui sub ruderibus late-
bar, palam fit. Erat is ad decem pal-
mos latus, totque pedes longus, ut
constructi iam ædificij molem non
expleat modo, verum excedat et-
iam; super quo pariete quod reli-
quum erat operis dextri lateris Ec-
clesiae extructum fuit; pro alterius
verò structura fundamenta iacere
opus fuit, in quibus cum primus de-
more esset ponendus lapis, maxima
cæremonia, & frequentia gesta res
est: porrò primum hunc lapidem
ritu solemni consecratum in fun-
damenta coniecit Alexander Me-
dices Florentiæ Archiepiscopus,
cui Congregatio nostra plurimum
debet, nuc S.R.E. in Titulo S. Mariæ
Trästyberim presbyter Cardinalis.

Cum

Cum templum extrueretur, nūquam Patribus argentum defuit, neque ad satisfaciendum fabris, alijsque operarijs, neque ad domos contiguas coēmendas: in ædificium sumptus amplissimi, ac quotidiani fiebant: eius pecuniæ summa (emptis nummis, quos Petrus Donatus Cæsius Cardinalis, vt suo loco dicti sumus, fabricæ attribuit) pergrandis ad leptuaginta circiter aureorum millia.

Feruebat opus optimi Principis, ac nonnullorum ciuium beneficio, quorum tantus fuit erga Beatum Patrem amor, tantaq; in Deum pietas, vt rem vltro eleemosynis adiuuerint: Gregorius in primis spontanea liberalitate ad septē millia aureorum in id ædificium insumpit ergo templi ædificatio nunquā intermissa; cum nunquam Patribus pecunia deesset, Deo illam semper abundè suppeditante. Breui tempore, nēpe intra bienniū, vel circi-

ter, in

ter, in eam prope qua hodie cernitur, formam. & amplitudinem, ope-
re, sumptuq; magnificam felicissi-
mè creuit; Templumq; Sanctissimæ
Virginis, & Beati Gregorij Papæ no-
mine dicatur Deo.

Hic non prætermittam quæ in
huiusce sacræ ædis extructione ac-
ciderunt Patribus. Quidam ex vi-
ciniis cum ferre non possent nostros
apud eos Ecclesiā construere, a dæ-
mone instigante ita furere cœperūt,
vt simul Ioannem Antonium Lu-
cium sacerdotem fabricæ præfe-
ctum, simul fenestras templi lapi-
dibus, ac balistis petere ausi sint; sed
Deo sacerdotem protegente, nihil
ex his mali Lucius passus est, quam
ille rem Beati Patris orationibus ac-
ceptam referebat.

Fratres aliquot, quorum nomina
consultò reticeo, cum ædificatio-
nem Ecclesiæ impedire niterentur,
intra duos annos, Philippo silente,
ac pro eis diu orante, molestiæ pœ-

nas de-

^a
Consimilita
in constru-
ctione Ec-
clesiarum,
Vel Cæno-
biorum
sancti Viri
passi legū-
tur. Lege
Metaphra
stē in Pa-
chomio a.
pud Sur.
tom. 3. c. 65.
vitam S.
Deodati E-
piscopi a-
pud eundē
tom. eod. c.
S. S. Bernar-
dum in
Malachia
c. 41.

256 Christi
1575.

Greg. XIII. Pap.
4.

Ætatis
61.

nas dedere: mortui enim sūt omnes
diuinum agnoscētes iudicium, ne
vno quidem ex eis ad sobolem pro-
pagandam relicto.

Præter hos alij etiam Pátribus
molestias addidere: sed cum, vt in
sacris codicibus legimus; diligen-
tibus Déum omnia cōoperentur in
bonum, tantum abest vt hominum
iniuria Pátribus obfuerit, vt maxi-
mè profuerit.

*Lauiniae Philippi spiritalis filiae Fabricij
Maximi uxoris obitus.*

HOC eodem anno, Octobrimē-
se, vocavit Deus ad præmium
Lauiniam primariam feminam, de
qua non ab re erit (vt quæ Philippo
ad confessiones vtebatur) aliquid
in hanc histotiam referre: ea itaque
et si hominem initio irridebat, ta-
men vbi de diuinis rebus differen-
tem audiuit, adeo Dei colendi de-
siderio incendi se sensit, vt ipso ma-
gistro ad eum venerit vitæ statum,

vt se